VENDO, is, ex venum & do, secundum Apuleium, abjectis u & m. Et constituitur cum ablative, si exprimatur pretium rei, quæ venditur, vel cum genitivis pluris, minoris, tanti, quanti, & eorum compositis substantivæ acceptis. § *מַכְחָרָה, גָּלוֹמָדָה, מַדְבָּרָה*. GAL. Vendre. ITAL. Vendere. GERM. Verkaufen. HISP. Vender. ANGL. To sell. § Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Quasi fundum vendam, meis me addicem legibus. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Argentum accepi, dote imperium vendidi. Idem Men. sc. ult. a. 2. faciam hic auctionem, vendam quidquid est. Idem Pseud. sc. 5. a. 2. Eine die etea olivum, id vendito oculata die. Velleius, Vendente Rempub. Consule Antonio. Item, Vendere operam. Quinzi. Et vendere pro locate. CIC. 3. Verr. Plaut. in Merc. Viginti minis opinor posse me illam vendere. CIC. 3. Offic. Vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris, quum major est copia. Velleius, Dubitante Lentulo quanti se venderet. Antonius) Quod si addantur substantiva, statim in Ablativos resolvuntur. Et sicut non dicimus, quanto vendidisti, sed quanti. Ita non dicimus, Quantum pretij vendidisti, sed quanto pretio. Varto tamen ablativo usus est sine substantivo, quum ait, Veneunt propter penuriam magno. Et sanc recte, quum non sit ex quatuor illis exceptis, tanti, quanti, pluris, minoris. § Hujus compositum est. Divendo.

Venditör, is, qui vendit. § *מַכְחָרָה, מַדְבָּרָה*. GAL. Vendeur. ITAL. Venditore. GERM. Ein veräußerer. HISP. Vendedor. ANGL. He that selleteth § Cicer. 3. Offic. Ut nequid omnino quod venditor notit, empator ignoret.

VENDITIO, nis, Actus vendendi. § *מַכְחָרָה, מַדְבָּרָה*. GAL. Vente, vendition. ITAL. Vendità. GERM. Ein kauff oder verkauffung. HISP. Obra de vender. ANGL. Selling. § Cic. pro Rose. Amer. Ostendit, si sublata sit venditio bonorum illum pecuniam grandem amissurum.

VENDITO, as, Sæpè seu continuè vendo. § *מַכְחָרָה, מַדְבָּרָה*. GAL. Vendre souvent, ou continuellement, ou en détail. ITAL. Vendere spesso. GERM. Ofte verkaussen. HISP. Vender à menudo. ANGL. To sell often. § Plin. lib. 22. cap. 12. Hac est quam Aristophanes Euripi Poëta objicit joculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Quint. lib. 4. d. 5. Venditare operam suam. ¶ Pro prostituere se. Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Non ego possum, quæ se ipsa venditat tutari (id est, quæ venalem se prostituit.) Idem Cura. sc. 1. a. 4. In Tusco vico sunt homines qui sese venditant. ¶ Venditare se cuiquam, cum dativo per assentationem operam suam ultrò spondere, & quasi venalem se ostentare. § *כְּנַדְבָּרָה, מַכְחָרָה, מַדְבָּרָה, אֲתִיכָּה, וְתִּכְלָתָה, וְתִּכְלָתָה, וְתִּכְלָתָה*. ANGL. To vant much. § Cic. Attic. lib. 8. Quomodo autem se venditant Cæsari? id est, quomodo se in clientelam Cæsaris tradunt, & in ejus partes adjungunt. Liv. 3. ab Urbe, In foro volitare, per illos se plebi venditare, donec collegæ quoque, &c. Velleius, Venditans se Senatui. ¶ Venditare interdum desiderandi verbum est. i. vendere cupere, ut mutuitare, pro cupere mutuari. CIC. ad Attic. lib. 1. Tuscanum venditat. ut si possit emat l'acilianam domum. Plin. Epist. 24. Tranquillus contubernialis meus vult emere agellum, quem venditate amicus tuus dicitur.

VENDITATOR, is. Gell. cap. 4. lib. 18. Iactatorem quempiam, & venditatem Salustianæ lectionis irritat. Idem apud eundem cap. 4. lib. 5. Tacitus Famæ nec incuriosus, nec venditator.

VENDITARIO, nis, verbale, Ostentatio. § *מַכְחָרָה, מַדְבָּרָה*. GAL. Vanterie & ostentation. ITAL. Vantamento di qualche cosa. GERM. Spiegung / herschirhung vmb ruhms willen. HISP. Obra de mostrar algo à vana gloria. ANGL. Vanting and shewing of him self. § Cic. 1. Tuse. Quin etiam mihi quidem laudabilia videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt.

VENDITARIUS, a, um, Venalis. § *מַכְחָרָה*. GAL. Venal, mis en vente. ITAL. Cosa posta in vendita. GERM. Geht. HISP. Cosa que está puesta para vender. ANGL. That is to be sold. § Plaut. in Stich. Neque aliud quicquam, nisi quod hoc habeo pallium, præter unam linguam quoque etiam venditariam.

VENDAX, acis, qui facile, seu libenter vendit. X. Emat qui proclivis est ad emendum. § *פְּלָזָמָה*. GAL. Grand vendeur, qui aime à vendre, ou vend beaucoup. ITAL. Disposto à vendere, gran venditore. GER. Verkäuffig / der gern verkaufft. HISP. El que mucho vende. ANGL. A great seller. § Cato de re rust. cap. 2. Patrem familiæ vendacem, & non emacem esse oportet.

VENDIBILIS, e, quod facile vendi potest, probabilis. § *מַכְחָרָה*. GAL. Vendable, qui est de bonne vente. ITAL. Cosa facile da vendere. GERM. Verkauflich. HISP. Cosa que se puede bien vender. ANGL. That is easily sold. § Cic. in Rull. Accedit salicta ad Minturnas: adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea multarum deliciarum, & magnæ pecuniae. Col. lib. 7. cap. 6. Dum possit esse vendibilis. Horat. 1. Epist. 17.

Indotata mihi soror est, paupercula mater:

E fundis nec vendibilis, nec pascere firmus.

Ovid. 3. Amor. Eleg. 11.

Vendibilis culpa facta duella mea est.

¶ Per translationem ponitur pro populari, & vulgo grato. Cicer. de Amic. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendantibus facilè vincebat, id est, plausibilem, & allestitibilem. ¶ Aliquando pro vulgati. CIC. de clav. Orat. Hofum ætati propè conjunctus L. Gellius, non tam vendibilis otator, quam ut nesciens quid ei deesset.

Venedi.populi feri,in Germaniz,& Sarmatiz confinio.Tacitus de moribus Germ.

VENÉNUM.i. {**בְּנֵי נָמְרָאשׁ** וְרָאשׁ (vel) שְׂרָאשׁ. GAL.Venim,pison,bonum.ITAL.Veneno,toffico.GERM.Gift. HISP. Ronçón à purga. ANGL.Venim,pysone.} Vocabulum medium est, Gellius cap.9.lib.12. quod tam in bonam,quam in malam partem sumi potest: quemadmodum & φαρμακόν apud Græcos. Utrumque enim generale est ad ea omnia, quæ naturam ejus,cui ipsa admoventur,possunt immutare.Unde etiam salutaria medicamenta,venena dici possunt.Qui igitur venenum dicit(inquit e aius lurisconsultus de verb.sign.)adjicere debet,utrum bonum an malum. Hodie tamen venenum vix aliter,quam in deteriorem partem accipitur,pro deleterio.Plaud. Pseud. sc.2.a.3 Medicamento & venenis suis Medea fecit ex sene adolescentium. Ovid. Eleg. I lib.4. Trist.

— imburaque tela veneno.

Cic. in Catil. Qui sicas vibrare,& spargere venena didicerunt. Idem de clar.O. a. Fuit suspicio Themistoclem veneno sibi mortem consivisse. P. n. Galbanum adversatur venenis maximè toxicis, cum myrra & vino. ¶ Venenum quid.& ejus genera vide apud Quintil. aeclama. 246. & 350. ¶ Color quoque qui à vestibus imbibitur, quóve lanæ medicantur,per quandam similitudinem,venenum appellatur. Virg.2. Georg.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

¶ Ponitur aliquando venenum pro arte malefica.Cic.in Orat. Quum sibi venenis creptam memoriam diceret,id est, magica arte, vel alia malefica,inquit Budæus. ¶ Venena translate de insultis ineptisque scriptis (ut Annales Volusi,cacata charta Catulli)quæ velut venum lectorem vel auditorem male cruciant,atque enecant.

VENÉNARIUS.ij,qui parat,vel conficit,aut vendit venena. {**φαρμακονομος** φαρμακώνας. GAL. Empoisonneur. ITAL. Avenenatore. GERM. Ein giftkramer/giftbereyter. HISP. El que dispone, à vendre poisons. ANGL. That maketh, or selleth poisons.} Apuleius , Qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur : qui furem arguit, sua custodit. Suet in Neron. cap.33. Britannicum veneno aggressus est: quod accepit è quadam Locusta venenariorum indice, quum opinione tardius cederet, &c.

VENÉFICUS. i. {**בְּנֵי מַחְשֵׁבָה**. GAL. Empoisonneur sorcier. ITAL. Chi avena à incanta. GERM. Ein vergäber mir giftzauberer. HISP. El que hace echizos. ANGL. He that poisoneth or useth sorcery.} Et venefica, Qui & quæ venena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus utitur. φαρμακίς, φαρμακεία. Plaut. Ambr. sc.a.4. Nescio quis prestigiator, aut veneficus hanc excantat tibi familiam. Idem Pseud. sc.2.a.1. faciam te ut Medea Peliam, b. Tu igitur Veneficus. Idem Most. sc.3. a.2. Ut fau. emprehendam veneficæ illi, id est, lenæ.) icter. in Catil. Quis tota Italia veneficus. Idem 13. Philipp. Nimis recte veneficum appellas, à quo tibi presentem pestem vides comparatam. Ibidem, Veneficum aedes appellare cum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? Ovid. Epist.6.

Bz bala narratur venisse venefica tecum.

Hinc trivenefica, id est, excellens venefica. Plautus, Musas adhuc trivenefica?

VENÉFICUS. adject. {**בְּנֵי φαρμακού**, **בְּנֵי φαρμακού**, **בְּנֵי φαρμαקָוֹן**, **בְּנֵי φαרְמָאָקָוָן**. GAL. Qui empoisonne. ITAL. Chi avenena. GERM. Giftig. HISP. Cosa que hace echizos à pongüas. ANGL. That poisoner or is venomous.} ut, Veneficus aspectus, id est, veneno inficiens. Plin. lib.18. cap.3. Hominum monstrificas naturas, & veneficos aspectus pleniū diximus, &c.

VENÉFICUM. ij, Veneficij artificium, crimen veneni. {**בְּנֵי חַבְשֵׁבָה**. φαρμακόν, φαρμακεία. GAL. Empoisonnement, sorcelerie. ITAL. Avenenazione, incantesimo, strigheria. GERM. Vergiftung/vergöbung mit giftzauberey. HISP. Maleficio, como disponer la pena à para matar con ella, y dar la obra de echizos. ANGL. Making of poisons or poisoning sorcery.} Cic. pro Cuent. Altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem veneficij crimini. Tacit. lib.12 Diligitur artifex talium,vocabulo Locusta nuper veneficij damnata. ¶ Aliquando pro maleficiis artibus,& verito magis genere. φαρμακία. Cic. de clar.Orat. Idque veneficiis & incantationibus Ticinæ factum esse dicebat. Ovid. 1. de remed. Amor.

Ista veneficū vetus est via: noster Apollo

Innocuam sacro carmine monstrat opem.

VENÉNIFER.a,um,Venenosus. {**בְּנֵי בָּדָה**. GAL. Qui porte venin, venimeux. ITAL. Chi porta veneno. GERM. Das gift tregt. HISP. Que traç ponçón. ANGL. Venomous.} Ovid. 3. Metam.

Iamque venenifero sanguis manare palato

Cæperat.

VENÉNO.as,are,Insicere veneno. {**בְּנֵי פְּרִזְבָּעָה**. GAL. Empoisonner, envenimer. ITAL. Avenenare. GERM. Vergiften. HISP. Empoisonar. ANGL. To poisonne.} Lucr. lib.6.

U spatiū cælī quadam de parte venenet.

Gell. cap.8. lib.70. Concha venenavit tapers purpurā.

VENÉNATUS.a,um,Venenosus,veneno infectus. {**בְּנֵי דָהָה**. GAL. Envenimé, empoisonné, venimeux. ITAL. Avenenato. GERM. Vergift. HISP. Lleono de ponçón. ANGL. Poisoned.} ut, Venenata caro, apud Cicet. 2. de nat. deor. Sic Venenata munera, Venenatum pabulum, Venenatae sagittæ, Venenarus morsus, Venenata sanies, Venenatum telum. Plin. lib.8. cap.18 In Italia muribus araneis venenatus est morsus. Cic 2. de divin. Quam Ptolemæus familiaris ejus, in prælio telo venenato ictus esset, &c. Ovid. 14. Metam.

Atronim monstros vulgis pavet: illa paventum

Ora venenata tetigit, miranua virga.

Idem Eleg. 1. lib.2. Trist.

Candidus à salibus suffusis felle refugi:

Nulla venenato litera misti joco est.

VENÉNSUS.a,um,quod venenum habet. iudic. ut. Venenosus serpens. VENÉO, is, ivi, vel ij, supino venum quamvis analogix, compositionis que ratio videatur exigere venitum,sicut reliqua composita à verbo

co. {**כְּבָר נִמְחָרָה**. molym, πηγάνομαι, πρόσωπομ. GAL. Esse venau. ITAL. Eſſer venduto. GERM. Verkauft werden. H. sp. Ser vendido. ANG. To be ſold.} Componitur enim ex dictione Venum, & verbo eo, abjectis duabus literis: quemadmodum fieri videmus in verbo vendo. Sequiturque per omnia ferè conjugationem verbi Eo. Sub voce tamen neutra habet significationem verbi passivi. ¶ Est enim venco, idem quod vendor, habetque tandem omnino constructionem. Nam ipsum quod vendit, in nominativo ponitur: & is à quo vendit, in ablativo cum præpositione: & pretium, in ablativo sine præpositione. Cui autem vendit, in dativo: ut, Centum aureis nummis à mangone venire mancipia mihi. Sed nonnunquam vendor, & pretium rei non explicantur. Plaut. in Mena. b Quibus hic pretiis porci veneunt? Idem Most. sc.3.a.1. Si quidem herecē vendendum est, pater venibit potius. Idem Men. sc. ult. a.5. Venibunt servi, supplex: venibit uxor quoque. Idem Cure. sc.1.a.2. Venire poteris sine intestinis vilius. Idem Pseud. sc.6. a.4. Eam venisse militi Macedonio, &c. Varro, Veneunt propter penuriam magno. ¶ cic. pro Sext. Rose. Amer. Primum hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione veneant, aut quomodo venire potuerunt. Idem de Arusp. r. sp. Atque ei seſe, cui totus veneat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Horat. 1. Serm. satyr. 5.

— venit vilissima terum

Hic aqua.

Claud. 1. Eutrop.

Non pudet (heu superi) populos venisse sub hasta

Vendentus.

¶ Apud antiquissimos legitur Veneor. Veneatur. Plaut. apud Dionedem, Egōne illi veneat; Sunt qui hoc verbum in prima syllaba per æ diphthongum scribendum putent, ut differat à verbo venio, cui in multis temporibus, & personis adeò simile est, ut solo sensu alterum ab altero possit dignosci. Quidquid id est, prima syllaba hujus verbi producitur, quæ in verbo venio corripitur.

VENALIS.c, quod venum expositum est. {**בְּנֵי וְנָתָרֶס**, **בְּנֵי וְנָתָרֶס**. GAL. Exposé en vente, qui est à vendre. ITAL. Cosa posta in vendita. GERM. ḡv̄l. HISP. Cosa que esta puesta para vender. ANGL. That is to be sold or set to sell.} Cic. lib. 3. Offic. Venales quidem horitos se non habere dixit. Salust. in Jugurth. O urbem venalem, & citò peritura, si emptorem inveniat. Plaut. Pseud. sc.3. a.1. Non habeo venalem Phoenicum, quia vendidi. Ibid. sc. 2. a.1. Quam libertatem venalem habeam, id est, præstituam populo. Idem Mil. f.6 a.2. Scio quam rem gerat: hic, & lalastrio me venalem habent. (id est, me circumvenire, ludificare tentant.) Idem Ans. sc.3 a.3. Huc introduce si vis vel gregem venalium. Sueton. in August. cap.42. Venalitiz lanistatum familiz, &c. ¶ Venales nudi inspiciebantur. Senec. Epi. 81. ¶ Venales etiam, si nihil addas, servi intelliguntur, qui ad vendendum sunt expositi, & propriè, quemadmodum Homanus annotavit ex Fabio Novitij. Itaque quod Cic. in orat one post reditum, dixit de gregem venalium, in Pisoniana, disertè de grege Novitiorum dicit. Hinc etiam venalitia familia, quæ venalis est. ¶ Venalis adscriptor, qui pretio emitur, pecuniâ comparatur. Cic. pro domo sua, Denique ille Novitius Ligur, venalis adscriptor & subscriptor tuus, &c.

VENALÉ. substantivum, neut gener. id quod venditioni exponitur. {**בְּנֵי מַקְקָה** makka-hab.} Plin. lib. 6. cap. 22. Fluminis ulteriore ripa merces positas juxta venalia tolli ab his, si placet permittatio. Alij primam hujus dictiōnis diphthongo scribunt: de quo vide Veneo.

Venalitē adverbium apud Senecam de benefic. 2. ubi dicit, Si mentio fiat de beneficiis quæ in aliquem contulerimus, ut modestè extenuemus fidque non venaliter. Alij legunt, vernaliter, sed perperam.

VENALITĀRİÜS.ij, masculini generis apud Varromem & Plinium, dicitur mango & novitiorum servorum negotiator. {**בְּנֵי כְּבָרָה**. GAL. Vendeur ou maquignon de serfs ou esclaves. ITAL. Vendito e di servi. GERM. Ein verkäufer leibbegner leut. HISP. Vendedor de siervos. ANGL. A seller of bondmen.} Afranius, Mercis appellatio homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellati ait Ulp. lib. 21. Digest. Quia ergo venalitiarij sciunt facile decurri ad novorum empionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt.

VENALITIUS. substantivum, idem quod venalitarius, qui scilicet greges mancipiorum venales habet, ἀνθετικόντα. Cic. in Ora. Neque ne divitiae movent, quibus omnes Africanos, & Lælios, multi venalitijs, mercatorésque superatunt. ¶ Aliquando venalitius capitur adiectivè, idémque significat quod venalis. Plin. lib. 5. cap. 8. Hoc est insignie venalitiis gregibus opprobriumque insolentis fortunæ. Sic Pomponius luteconsultus lib. Digest. 2. 4. Quod si familiam domesticam uxoris, aut venalitiam paravit.

VENALITIUM.ij, locus ubi mancipia venalia prostant, vel ipse greges venalium. {**בְּנֵי כְּבָרָה**, **בְּנֵי כְּבָרָה**. GAL. Le lieu où se vendent les serfs ou esclaves. ITAL. L'ego dove si vendono gli servi, mercato di servi. GERM. Ein lebäuffer leibbegner leut. HISP. Mercado de siervo. ANGL. A place where bondemen ar sett forth to be sold.} Venuleius de adilitio edit. 1. ult. Nam quicunque ex venalitio novitiorum emptus, alicui ministerio præpositorus sit, statim eum è veteratorum numero esse.

VENĒRIS portus, locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, ubi Pyrenæi montes juxta mare desinunt. Autor Mela lib. 2. Ptolomeus ab insigni Veneris phano, ἀγροδίτιον, hoc est, Veneris templum appellat.

VENĒRIS gen'ma ex genere est amethystorum, roseum habens nitorem ex carbunculo in purpura resurgentem. ἀ-τίπας, πα-δίπας, Author Plin. lib. 7. cap. 9.

VENĒRÖR, aris, Colo honoro, cultu & observantia prosequor: quod verbum quidam dictum existimat, quasi veniam oro. {**בְּנֵי הַבְּנָה** hishtachavah הַבְּנָה cbillah הַבְּנָה hballei hitchannén.} כְּבָרָה, αἴδη. GAL. Reverer, avoir ent'reverence, honorer. ITAL. Haver in reverenza, honora e. GERM. De ehten / ehr beweisen. HISP. Honrary acstar. ANGL. To honour, e' worshippe.} Virg. 1. Georg.

In primis venerare deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri.

Idem 3. Aeneid.

Templa dei saxe venerabat structa vetusto.

Cic. 6. verr. Quod in precibus & gratulationibus non solum id ve-
nerari, verum etiam osculari solent. Idem 1. Tuse. Ejusque inventor &
principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur ut Deum.
Ovidius Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Iure Deas igitur venerar (colo Musas) mala nostra levantes.

Venerari quoque orate est, precari. Plaut. Est Deus, Veneror, ut
nos ex hoc misera eximat. Virg.

Multa movens animo nymphas venerabat agrestes,

Ritè secundarent visus, omènque levarent.

Cic. in Catil. 2. Quos vos, Quirites, precari, venerari atque implora-
re debetis. ut urbem pulcherrimam à nefario scelere defendant.

Vénérans, tis, participium. { mechabbédh. οὐδὲ μη. } Virgil. 12.

Aeneid.

Et aram

Suppliciter venerans, demissu lumine, Turnus.

Vénératus, a. um, aliud particip. { mechabbédh. נְכַבֵּד nichbádh. οὐδὲ μη. αἰδεῖς. } GAL. Reveré & honoré. ITAL. Honorato. GERM. Geehrt. HISP. Honorado. ANGL. Vorshipped, humble prayed unio. { Horat. 2. Serm. sat. 2.

Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto, &c.

Poëta tamen quandoque veneratum pro venerabili ponunt. Virgil.
3. Aeneid.

cursusque dabit venerata sacerdos.

Vénératori, Cultor. { mechabbédh. οὐδὲ μη. } GAL. Qui a en re-
verence, qui revere & honore. ITAL. Chi fa reverenza, & honore. GER.
Ein verehrer/ehrbeleiser. HISP. Honorador que haze honra. ANGL. He
that reverence or worshippeth. Ovid. 2. de Ponto, elegia 2.

Ille domus vestra primis venerator ab annis.

Vénératio, nis, Cultus & honor. { mechabbédh. οὐδὲ μη. } GAL. Reverence. ITAL. Reverenza che si fa ad alcuno. GERM. Verehrung/ehrerbietung. HISP. Obra de honrar. ANGL. Honour, worshiping. { Plin. lib. 8. c. 1. de Elephantis, Imò vero (quæ etiam in homi-
ne tara) probitas, prudentia, æquitas : religio quoque siderum Solis-
que, ac lunæ venetatio. Cic. 1. de nat. deor. Habet enim veneratio-
nem justam quicquid excellit.

Vénérabilis, qui cultu & veneratione dignus est. { mechabbédh. οὐδὲ μη. } GAL. Venerable, digne à honneur & reverence. ITAL.
Degno di honore, venerabile. GERM. Ehrengedig. HISP. Cosa que deve ser honrada. ANGL. Worthie of honour an reverence. { Plin. junior
in Epist. Vir gravis, & ipsa feneceitate venerabilis. Liv. 1. ab Urbe,
Venerabilis vir miraculo literatum, rei novæ inter rudes artium
homines. Mart. lib. 1.

Hic ubi conspicui venerabilis amphitheatri

Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Ovid. 2. de remedio amoris,

Est propè Collinam templum venerabile portam.

Vénérabundus, a. um, cum veneratione aliquid faciens. { mechabbédh. מִשְׁתָּחָא וְמִשְׁתָּחָא. } GAL. Qui fait reverence.
ITAL. Chi fa reverenza. GERM. Verehrend / ehrerbietend. HISP. El
que haze honra. ANGL. One that doeth worship or honour. { Curt. lib.
8. Itaque more Persatum Macedonas venerabundos ipsum salutare
prosternentes humi corpora. Liv. 1. ab Urbe, Quum perfusus horro-
re, venerabundusque astitisset, petens precibus, ut contraria intueri
fas esset. Abi, nuntia, inquit, Romanis, &c.

Vénérandus, a. um, Venerabilis, colendus. { mechabbédh. פָּרָגָלֶת, οὐδὲ μη. } GAL. Venerable, digne d'être honoré. ITAL.
Venerabile, degno di honore. GERM. Ehrengedig. Der zu ehren ist. HISP.
Cosa que deve ser honrada. ANGL. Worthie to be honoured or rever-
enced. { Seneca, Vocem existimatione dignam, & omni seculo ve-
nerandam. Virg. lib. 9. Aeneid.

Te vero, mea quæ spatiis propioribus atas

Insquitur, venerande puer, jam peccore toto Accipio.

Mart. lib. 1.

Inde sacro veneranda petes palatia clivo,

Plurima qua summi fulget imago ducis.

Vénérant, Cum veneratione. { οὐδὲ μη. } GAL. Avec reverence, reve-
rement. ITAL. Con reverenza. GERM. Ehrerbietiglich / ehrerbietisch.
HISP. Con honra y acatamiento. ANGL. With reverence. { Apuleius,
Et ab eo veneranter exceptus, paululum quievi.

Veneris-portus, Gallia inter Pyrenæi promontoria oppidum. Pom-
pon. Mela lib. 2. vocatur Aphrodisium, à Strabone: Veneris tem-
plum, à Ptolomæo.

VENETI, i. e. Vinitiati, { Die Venediger. } Populi sunt Italæ, ab Henetis
Paphlagoniæ populis, & Troianis oriundi, qui Troia versa, cum magna
manu Henetum, duce Antenore in intimum maris Adriatici si-
num pervenerunt, pulsisque Euganeis qui inter Alpes & mare in-
colebant, eas occuparunt terras: & ubi primum egressi sunt, oppidum
condiderunt, quod de nomine relicta patriæ appellaverunt
Troiam. Gens autem tota aspiratione in consonantem com-
mutata, uno nomiae Veneti appellati sunt. Horum regio Venetia
dicitur, Adriatico mari proxima, & à Padi flumine ostiis post
Istriam usque protensa. Iusignes urbes habet, Veronam, Vicentiam,
Patavium & Venetas regionis totius caput. { Sunt & Veneti alij
ex Britonum genere in Gallia Lugdunensi ad Oceanum: quorum
frequens mentio est apud Cæsarem. Vulgo Vennes }

Vénétæ, i. e. Venetia, Vinea. { Venedig } Civitas insignis in mari
Adriatico quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Christi quin-
quagesimo quarto supra quadringentesimum condita fuit: quo anno
Attila rex Hunnorum Aquileiam evertit. i. e. Venedig.

Vénératus, a. um, quod è Veneris est. i. e. ut Venetus color, qui / ut ait
Vegetius) cæruleus est, & marinis fluctibus similis. { GAL. Bleu, de
couleur bleue. ITAL. Color blave. GERM. Himmelblau farb. HISP.
Color de la mar, verde & pardo. ANGL. Blue coloured. } A quo co-

Calepini Pars II.

lore aurigatū factio una in curulis certaminibus Veneta nomi-
nabatur. Et qui eo colore inducebantur, Venetiani dicebantur. Veget.
lib. 4. de re milit. scribit exploratores in mari veste Veneta esse in-
duendos: & vela navium exploratoriarum colore Veneto esse tin-
genda, ut similitudine coloris marini facilis lateant, hostilesque
oculos fallant. Hic color etiam Thalassicus, id est, marinus dicitur,
Græci enim θαλασσινού mare appellant. Vide ea quæ suprà annotavi-
mus in dictione Ferrugineus.

VENIA, æ, Remissio culpæ, & condonatio erroris. { סְלִיחָה selichah
חֲמֹתָה chemotah לְמַנְדָּח machmad. οὐλέμη. GAL. Pardon. ITAL. Per-
don. GERM. Verzeihung/vergängung. HISP. Pardon. ANGL. Pardon,
forgivenesse, leave. } Quint. in Gladiator. Peccavi, veniam peto. Ovid.
Eleg. 1. lib. 2. Trist.

venia dignare libellum.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Nec veniam laeso numine casus habet.

Et Quintilian. Venia crudelior suppicio. { Quandoque ponitur pro
beneficio, indulgentia, & permissione. { שְׂנִיר rischón. συγχώνευση.
GAL. Licence, permission, congé. ITAL. Licenza, permissione. GERM. Ver-
willing/zulassung. HISP. Paz, licencia. } Cic. lib. 2. de Orat. Date nobis
hanc veniam, οὐλέμη, ut quæ sentitis de omni genere dicendi, sub-
tiliter prosequamini, id est, concedite. Terent. in Andr. Da pater ve-
nia, sine te exorem. Cum veniam, hoc est, cum pace tua, & te permit-
tente. Sic cum veniam legere, dixit Quint. lib. 10. c. 1. pro eo quod est,
non nimium rigidè examinare, sed inter legendum ad quædam con-
nivere. Sic Cic. pro Roscio Amer. Cum veniam audire dixit: Bonaque,
inquit, cum veniam verba mea audiatis. Idem de nat. deor. Ut moleste
ferrem tantum ingenium (bona veniam me audies) in tam leves sen-
tentias incidisse. Liv. Cum bona veniam quæso audiatis, Patres conscripti,
id quod eloquar. hoc est, Audite me, & siquid dixerit quod
vobis displaceat, aut parum gratum sit, ignoroscite. Quintilian. Si cum
venia legantur ij autores, &c. { Habere veniam, pro ignoscere.
Quintil. lib. 11. c. 1. Nos institutionem professi, non solum scienti-
bus ista, sed etiam dissentibus tradimus, ideoque paulò pluribus
verbis debet haberi veniam. { Venia sit dicta. Plin. Epist. lib. 5. Mel
quoque nusquam salubribus degunt: usque adhuc certè neminem ex
iis, quos eduxerat mecum (venia sit dicto) ibi amisi.

Venialis, e, quod veniam dignum est. { οὐργίασις. GAL. Veniel, digne de
pardon. ITAL. Degno di perdon. GERM. Nachlässlich, dem zu verzei-
hen ist. HISP. Cosa digna de ser perdonada. ANGL. Worthie of par-
done. } Macrobius, Si venialis erit ista translatio.

Venialia, maris exstatio, quæ ad littus venit.
Véniliā nymphæ, uxor fuit Fauni, & soror Amatae Latini Regis con-
jugis, mater Turini. Virg. 10. Aeneid.

Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c.

{ Veniliam item antiqui Neptuni conjugem appellavit, à venien-
do, inquit Varro lib. 4. de lingua Latina, quam eadem, & Salaciæ
appellaverunt, ad naturam nimirum maris respicientes, cujus fluctus
modò ad terram veniunt, modò in salum abeunt. Meminit hujus &
August. lib. 7. de Civit. Dei.

VENIO, is, ire, tum, Advenio, accedo. { בָּאַבָּא, יְגַעַע, הַאָ. GAL. Venir.
ITAL. Venire. GERM. Kommen. HISP. Venir. ANGL. To come. } Vir-
gil. 6. Aeneid. Venisti tandem. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Si quis empto
venerit. Idem Aulus. sc. 2. a. 1. Fures venisse atque abstulisse dicitur.
Idem Men. sc. 1. a. 5. Quæso meum patrem ut veniat ad me. { Ali-
quando tamen ponitur pro Eo. Terent. Nisi ego ad mercatum ve-
nio. Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Ut jusserat, ita venio aduersum. Idem
Pseud. sc. 2. a. 4. Celator est qui ad me venit, (id est, it.) { Pro redire.
Idem Cure. sc. 1. a. 3. Venimus ex India in Cariam. Idem Aul. sc. 3.
a. 4. Nimirum corvum ad me veniat velim. Idem Most. sc. 1. a. 1.
Sine modò venire salvum. (id est, redire.) Sic è contrario ire, pro
venire. Terent. in Andr. Ibam ad te. { Admittit aliquando dativum,
qui resolvi potest in accusativum mediante præpositione ad, vel in,
Virg. 1. Aeneid.

Hinc populum latè regem, bellique superbum,

Venturum exitio Latij.

{ Poëta aliquando venire pro imminere usurpat. Idem 7. Aeneid.

Se se satis ambobus Teucrisque, venire Latinisque.

{ Aliquando pro crescere, provenire. { פָּרָה parah לְגַדְּבָּה ghadhab,
פָּרָה. } Idem lib. 1. Georg.

Hic segetes, illic veniunt felicius uva.

Idem eodem lib. circa principium.

Principio arboribus varia est natura creandis:

Namque alia, nullis hominum cogentibus, ipsa

Sponte sua veniunt, campisque & flumina latè

Curva tenent.

{ Pro esse. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Tu cura requies, tu medicina uenis. (id est, es.)

Justinian. lib. 1. Instit. Sine scripto jus venit. (id est, est.) Plaut. Mil.
v. 3 sc. 1. a. 1. Ut ubi usus veniat, (id est, opus sit,) &c. Item Ovid.
13. Metamorph.

An quod in arms prior nullus quo sub indice veni,

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Sponde sua carmen numeros veniebat ad aptos.

Idem 5. Fast.

Venerat in morem populi depas ero sa' tusa.

Plaut. Most. sc. 2. a. 1. Venit imber, perpluunt tigna, &c. { Aliquat-
do pro portari, sive afferri. Plin. lib. 35. c. 6. Species sinopidis tres, ru-
bra, & minus rubens, & media inter has: ejus quæ ex Africa venit
octoni asces. Cic. ad Brutum lib. 1. Quod scribis in Italia te mor-
tum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, non erratis.

{ Venire ab aliquo, est ab ejus ædibus, ubi aderat, venire. Cic. pro
Roscio. Comæd. Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quam scie-
bat, videbatur: id est, è ludo, vel è disciplina Roscij. Ad Arcessilauum
veniamus, dixit idem Cic. 4. Acad. hoc est, de Arcessilao loquamur.

{ Venire adversum, est venire obviam. Quod venit in buccam. Ident
Attic. lib. 1. Tu velim sapere ad nos scribas: si rem nullam habebis,

D D d f quæd

quod in buccam venit, scribito. Proverbialiter, pro, quicquid in mentem veniet. ¶ Venire in gratiam & favorem. Salust. in *Iugurtha*. Tanta commutatio, ut ex maxima invidia in gratiam & favorem nobilitatis Iugurtha veniret. ¶ Venire in notitiam, ut vulgo dicimus, *venir en connoissance*, i. innotescere. Cels. lib. 4. cap. 41. Facilius autem omnium interiorum morbi curationesque in notitiam venient, si prius eorum sedes breviter ostendero. ¶ Dicitur etiam, Venire in cognitionem. Quint. lib. 7. cap. 3. Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus. In confessum venit, id est, notum & manifestum est. Plin. Epist. 302. Ut necesse sit in ea re, quae & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ Venire in consilium, id est, accedere ad consilium convocatum. Cic. ad Attic. lib. 10. Venientium sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberatus sit. ¶ Venire in crimen. Terent. in *Heeyra*, Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum, hoc est, accusabitur. ¶ Venire in fidem alicujus, hoc est, sese dedere. Liv. 5. bell. Pun. Prorita brevi sunt vingt oppida: sex vi capta: voluntaria deditio in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ Venire inflammam. Cic. ad Attic. lib. 16. Venendum est igitur, vel in ipsamflammam: turpius est enim privatim cadere quam publice, hoc est, oportet conjicere se in periculum. ¶ Venire ponitur etiam pro evenire & accidere. Idem ad *Tironem*, Emisse te praedium vehementer gaudeo, felicitasque rem tibi istam venire cupio. Venire viam. Idem 3. *Philip.* Quis nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum: in usum venire. Plin. lib. 24. cap. 11. Nec thus Latinum nomen habet, quem in usum plurimis modis veniat. Usus venit, vel usu venit, eleganter ponitur pro evenire, accidit. Terent. in *Haut.* Et ne ego te (si usus veniat) magnificè, Chreme, Tractare possim. Cic. ad Attic. lib. 7. Nunc venit, idem usu mihi, quod tu ibi scribis. ¶ Venire in religionem res aliqua dicitur, quem conscientiae (ut vulgus loquitur) scrupulus de ea exoritur. Idem 2. de nat. deor. Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, remque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. ¶ Venire in mentem, est succurrere, in animum incidere: neque solum ad recordationem pertinet, verum etiam ad considerationem & reputationem, *ιππόθην, ιδούν εἰς τοῦτο*. Terent. in *Eunuch.* Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi. Virg. *Aeneid.*

Nec venit in mentem quorum confederis arvis?

Lucr. lib. 5.

Et venit in mentem Solis, Lunaque viarum.

Cic. 1. *Verr.* In mentem tibi non venit quid negotij sit causam publicam sustinere? Venire divitiae ad aliquem dicuntur, quae morte cuiusquam ad eum devolvuntur. Idem pro *Sext.* *Rosc.* Ad quem morte Roscius divitiae venerunt. ¶ Venire ad manus, vel ad arma, est rem eò usque progredi, ut pugna, vel bellum ex eo emergat. Idem 6. *Verr.* Nonnunquam etiam res ad pugnam, & ad arma veniebat. ¶ Venire oratum, est orandi gratia venire. Cæs. 7. bell. Gall. Legati ad eum principes Heduorum veniunt oratum, ut maximè necessario tempore subveniat, summo esse in periculo rem. ¶ Venire in parte. Liv. lib. 6. ab *Vrb.*

Venit, impersonale. Plin. Epist. 190. Venitur ad me, consurgo, Ovid. 3. *Faſt.*

Seu quodd ad usque decem numero crescente venitur.

Ventum est. Liv. 1. ab *Vrb.* Ad Ianiculum forte ventum erat. Ovidius 5. *Faſt.*

Quod postquam ventum est, &c.

Venit, tis, participium. § נָבַת, i.e. ἀρχόμενον. ¶ Cic. ad *Quint.* fratrem, Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, et si sumus sine timore. Virg. 5. *Aeneid.*

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Veniens, pro sequens. Ovid. 3. *Faſt.* Venienti nocte.

Venit, a, um, aliud participium, i.e. συνάπτω. Ovid. 3. de *Arte*, *Ventura memores jam nunc estore senecta,*

Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Virg. 4. *Georg.*

Venturaque hyemis memores, aestate laborem

Experiuntur, & in medium quasita reponunt.

Venit, verbale. § נְבָת biāh kerabāh. נְבָת, נְאָפָת, נְגָזָת. GAL. Venuē. ITAL. Venuta. GERM. Kommung. HISp. Venida. ANGL. A coming. ¶ Plautus in *Trucul.* Quid tibi huc ventio est.

Venit, as, frequentativum ab inusitato vento, Frequenter venio, identidem adeo. § φ. ο. νία. GAL. Venir souvent. ITAL. Venir spesso. GERM. Oft kommen / oder kommen eins kommen. HISp. Venir a menudo. ANGL. To come often. ¶ Plin. lib. 35. cap. 10. Gratior Alessandro Magno erat frequenter in officinam ventitanti. Cic. Attic. lib. 1. Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventit. Catull. Epigr. 8.

Quum ventitabas quod puella ducebas.

Frequentiter ventitare. Gell. c. 4. lib. 5.

Venonus, historicus Romanus, cuius meminit Cicero in *Epistol.* ad Atticum conquerens se ejus historiam non habere. Et iterum lib. 1. de legib. ubi eum inter nudos & exiles scriptores recenseret. Nam (inquit) post Annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse nudus, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Cato nem, si aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut Venonium venias: quanquam ex his alias alio plus habet vitium, tamen quid tam ex ille, quam isti omnes.

Venor, aris, Feras indago, seris insidior, & quasi circumvenio. § נְבָת tādh. ἀριός, κυνηγία. θηρίων. GAL. Vener, chasser aux bestes sauvages. ITAL. Cacciare le bestie selvatiche. GERM. Jagen. HISp. Monterar, ὁ caçar. ANGL. To chase beasts, or to hunt. ¶ Cic. ad Cæl. lib. 2. De pantheris, per eos qui venati solent, agitur mandato meo, diligenter. Virg. 3. *Georg.*

Et canibus leporem, canibus venabere damas.

Plin. lib. 15. cap. 1. Fugientes cum mari pisces circa tuguria venantur. Cic. 2. de nat. deor. Canum tanta alacritas in venando. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Quo me in sylvam venatum vocas? Idem Capt. sc. 2. a. 1.

I modò venare leporem, nunc Itym tenes. ¶ Per translationem venati capimus pro captare, hoc est, artificio quadam & soleitia quare, ἀριός, ut, Venor laudem, gloriam: quod etiam Aucupari dicimus. Cicero. Attic. lib. 16. Bene igitur tu qui in venatione venaris, relinquis patriam. ¶ Venari retiaculo in medio mari dixit Plaut. in Asinay. sc. 1. a. 1. pro eo quod est operam perdere, & frustra aliquid conari. ¶ Legitur etiam venari passim pro captari, sive dolis impieti, circumveniri. § נְבָת nilchâah. ἀριός. ¶ quod & Nonius annotavit, citans illud Ennij ex Nemea,

teneor concepta atque undique venor.

Venatus, us, Ipsa venatio. § נְבָת tsajidh ägedois, bîpr̄m, κυνηγία. GAL. Chasse de bestes sauvages. ITAL. Caccia di salvaticine. GER. Ein gejagt. HISp. Monteria, caça de fieras. ANGL. Hunting. ¶ Plaut. in Rud. Hung. quem cepi in venatu meo. Virg. lib. 9. *Aeneid.*

*Vidimus obscuris primam sub validibus urbem
Venatu assidue, & totum cognovimus amnum.*

Ovid. Epist. 5.

Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos?

Cic. 5. Tusc. Labor in venatu, sudor, cuius ab Eurota, fames, siti: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ conduntur.

Venatio, nis, Ferarum persecutio & investigatio. § נְבָת tsajidh. ägedois, θηρίων, κυνηγία. GAL. Chasse de bestes sauvages. ITAL. Caccia di salvaticine. GERM. Jagung / gejagt. HISp. Monteria, caça de fieras. ANGL. Hunting. ¶ Venationes item dicebantur ludi quibus feræ magno discrimine ab iis, qui depugnabant, conficiebantur. Cicero. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viscerationibus, & gladiorum munieribus, venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam sunt relicturi omnino. Liv. 5. bell. Pun. 2. Convenerat autem ut Philomeles portula assueta venationem inferens, armatos induceret. De Venationibus Suet. in Aug. cap. 43. & de spectaculis & de pugna ferarum ac hominum, Gell. cap. 14. lib. 5.

Venator, is, qui feras persequitur. § נְבָת tsajidh. נְבָת, κυνηγός, θηρίων. GAL. Veneur, chasseur. ITAL. Cacciatore. GERM. Ein jäger. HISp. Montero, caçador de fieras. ANGL. A hunter. ¶ Horat. lib. 1. Carm. Ode 1.

Manet sub Iove frigido

Venator, tenera conjugis immemor.

Cic. 2. Tusc. Peractant venatores in nive, in montibus ubi se patiuntur. ¶ Venator adest nostris consiliis, per translationem. Plaut. Mili-te, Nostro consilio venator assit cum auritis plagiis.

Venatrix, icis, Mulier feras persequens. § נְבָת tsadhb. κυνηγός, ή. GAL. Venense, ou venefesse, femme qui va à la chasse. ITAL. Donna cacciatrice. GERM. Ein jägerin. HISp. Montera y cañadora de fieras. ¶ Virg. 9. *Aeneid.*

comitem Aenea quem miserat Ida

Venatrix, jaculo celerem, levibusque sagittis.

Venaticus, a, um, quod ad venationem pertinet. § θηριόντες, κυνηγούσι. GAL. De chasse, de veneur. ITAL. Cosa de caccia. GERM. Jägerisch/des jägers. HISp. Cosa de monteria. ANG. Belonging to hunting. ¶ Unde venaticos canes dicimus, quibus feras prosequimur. Varr. 2. de rust. c. 9. Canum duo genera: unum venaticum, & pertinet ad feras bestias, ac sylvestres: alterum quod custodiæ causa paratur. Col. lib. 7. cap. 12. De villatico igitur & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Cic. 6. Verr. Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & pervestigabant, Canum venaticorum elegantissime excogitata nomina habes apud Ovid. 3. Metam. & apud Xenophon. in tractatu de venatione. ¶ Parasiti venatici & molossici, Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Prolatis rebus parasiti venatici sumus. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Ibo odorens quasi canis venaticus.

Venatitus, a, um, venando acquisitus.

Venatoriū, a, um, Venaticus, κυνηγός, ut, Venatoria instrumenta, quibus in venando utimur. Culter venatorius, apud. Martial. lib. 14. Venatorius ludus, in quo feræ magno discrimine ab iis qui depugnabant conficiebantur. Sueton. in Caligul. cap. 13. Venatoria venena, Cels. lib. 8. cap. 27.

Venabulum, telum, quo venantes utuntur: Jägerspieß/ qua spatha venatoria, spiculum venatorium.

VENIER, tris, Tota illa pars corporis concava, à mucronata cartilagine, & nothis costis, usque ad pubem extensa. § נְבָת bēt shér chères, γαστή, κοιλία GAL. Ventre, ITAL. Ventre, lo stomacho. GERM. Der bauch. HISp. El vientre. ANGL. The belly. ¶ Plin. lib. 9. cap. 50. Pisces attritu ventrum coēunt tanta celeritate, ut visum fallant. Ibidem, Formina pisces coitus tempore marem sequitur, ventrem eius rostro pulsans. Plaut. Cœc. sc. 1. a. 2. Geminos in ventre habere videor filios. ¶ Venter, pro ventriculo, in quem cibis receptus commutatur in chylum. γαστίδιον, σόργη. Persius, in Prolog. Sat.

Magister arius, ingeniique largitor

Venter negatas artifex sequi voces.

Fames enim in superiori ventriculi orificio potissimum sentitur. Plaut. Cœcul. sc. 1. a. 3. Reliqui in ventre cellæ vini locum, ubi reliquias recondere. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Quæ ad ventris victuum conductant. Idem Amph. Vacuus mibi venter crepitat. Idem Cœc. sc. 3. a. 2. Hæc sunt ventri stabilimenta: perna, sumen, glandium. Idem Mil. Venter creat has omnes ærumnas. (id est, cogit assentati.) Venter studere (id est, gulæ.) Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Et Senec. 1. 8. de Tranq. Tot ventres avidissimorum animalium (id est, servorum) tuendi (id est, alendi) Iuver. Satyr. 5.

Ventre nihil novi frugalius.

Plaut. in Capt. Proinde tu cui quotidiani vieti ventrem ad me afferas. ¶ Venter pro alvo Cels. lib. 3. c. 18. Vbi ab inferiore parte purgādus aliquis est, ventrem ejus ante solvendum esse: ubi à superiore, comprimentum. Colum. 9. cap. 12. Nam & tithymalus majorum quoque animalium ventrem solvit. Venter imus (id est, pudenda,) sive pubes, Gell. cap. 14. lib. 1. Item cap. 15. lib. 17. Venter superior, alvus

alvus inferior, &c. ¶ Ventrem ferre, est esse gravidam, *in gasti* *χρήσιμη*. Columell. lib. 7. c. 24. de vaccis. Nam decem mensibus ventrem perferunt. ¶ Ventrem facere dicitur paries, qui vetustate collabens, curvatura quadam veluti ventre extra fundamenti limites eminet. Alphenus in l. si quando. §. 1. ff. si servitus vend. Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem, aut amplius procumberet, agi oportet, jus non esse illum parietem ita projectum in suum esse se invito.

Ventres pigri, Cretenses. Hic ventres sunt homines ventri dediti: & pigris, dediti otio. Sic verritur versus,

Cres semper mendax, mala bestia, venter edax est.

Convenit illud Lucill. Sat. lib. 5.

Vivite luxurias, comedonias, vivite ventres.

Ventrīculūs, i. Cibi & potus receptaculum, primæque coctionis instrumentum, quod & Stomachum nonnulli appellant. § *χαροπός χαροπίδιος*, *χαρίδιον*. GAL. *Ventricule, petit ventre, l'estomach.* ITAL. *Il stomaco.* GERM. *Der magen. Hisp. Estomago. Angl. The stomach.* Cels. lib. 4. cap. 1. Ventriculus autem qui receptaculum cibi est, constat è duobus tergoribus: sive inter lienem & jecur positus. Vide Gellium cap. 11. lib. 17.

Ventrālis, is, neutr. gener. Vestimentum ventrem contingens. § *τοιχία πάνια*. GAL. *Un vêtement qui couvre l'estomach.* ITAL. *Vestimento che copre il ventre.* GERM. *Ein vorschürzlin / Kleidung so den bauch deckt.* Hisp. *Vestidura de vientre ò para cubrir el vientre.* ANGL. *A cloth that covereth the belly, an apron.* Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla vestra, sicut villosa etiam ventralia. Videtur item ventrale sacculi genus fuisse, pecuniae ad usum quotidianum necessariae gestandæ accommodatum, & sub ventrem appensum. I. 6. D. de bon. damn. Nonnulli tamen putant esse ventrale dicendum. Hotoman.

Ventrōsūs, a. um, qui magnum habet ventrem. § *χαρπός*. GAL. *Ventru, qui a grand ventre.* ITAL. *Chi ha gran ventre.* GERM. *Ein bäuchling / der ein grossen bauch hätt.* Hisp. *Cosa que tiene mucho vientre.* ANGL. *That hath a great belly, or bellied.* Plaut. in Merc. *Canum, varum, ventriosum.* Idem in Asin. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Pro eodem nonnulli utuntur ventricosus, interjecta inter duas vocales consonante, quamvis primitivum eam literam non habeat. Quod etiam in aliis nonnullis adjectivis usuvenire videmus: ut ab Arcadia sit Arcadicus, & ab Italia Italicus. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Rufus quidam ventriosus.

Ventrōsūs, a. um, *χαρπός, χαρπώδης*, idem. Plin. lib. 14. cap. 21. de dolis loquens vinariis. Ventrosa, ac patula minus utilia.

Ventriloquus, qui è ventre loquitur, nempe obcessus à malo spiritu, qui in hominis ventre residens loquitur. Femina dicitur ventriloqua.

Ventidus, a. um. vide Gell. cap. 14. lib. 15.

VENTILO, as, Ventum excito, ventum facio. § *zarāh. λιπάω, μαλακώω*. GAL. *Eventer, vanner.* ITAL. *Suentare, vannire.* GERM. *Wadlen / ein lüsse machen.* Hisp. *Aventar como para trillada, ò hazer ayre con moscador.* ANGL. *To fanne or winnow.* Propertius lib. 4. Eleg. 3.

Hanc venus, ut vivat, ventilat ipsa facens.

¶ Ventilari frumentum dicitur, dum in area ventilabro purgatur. *λιπάω*. Plin. Multi ventilare quoque granum vertant. ¶ Et ventilari vinum dicitur, pro eo quod dicunt, dare ventum vino: ut sit, quum difficulter exit è dolio. Col. lib. 12. c. 30. Quo major æstus erit, eò sapienter convenit vinum nutriti, refrigerariisque, & ventilari. Ventilate annulum, est è digitis exemptum manibus versare, & veluti vento perflandum exponere. Iuvén. Satyr. 1.

quum verna Canopi

Crispinus Tyrias, humero revocante lacernas

Ventilete & stivum digitis sudantibus aurum.

Quintil. Ventilare cubitum in agendo. Senec. c. 2. de tranquill. Versare se motare fessum latus, & alio atque alio positum ventilari. Itē, Ventilare arma, Matt. epigr. 32. lib. 5. Et ejus periphrasis, epigr. 39. lib. 9. Translatè etiam populus & concio ventilari dicitur, quum oratione seditionis alicius commovetur & excitatur. Cic. pro Flacco, Cuius lingua quasi flabello seditionis illatum est egentium concio ventilata. Hujus compositum est Eventilo, de quo suo loco.

Ventilatio, nis, verbale, Actus ventilandi. § *מִזְרֵב. ḥ. εἰνεῖος*. GAL. *Esvement.* ITAL. *Suentamento.* GERM. *Eröffnung.* Hisp. *Aventamiento.* ANGL. *A fanning or winnowing.* Plin. lib. 23. c. 21. Innocentiores uvæ, quæ deceptæ, diu pendente, qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisque.

Ventilatör, is, qui ventilatione frumenta purgat, aut leguminæ: hoc est, qui post trituram frumenta aut leguminæ ventilabro in sublime ejaculatur, ut ventorum flatu grana secernant à palea. § *מִזְרֵב. ḥ. εἰνεῖος*. GAL. *Vanneur.* ITAL. *Suentatore.* GERM. *Ein erlussiger/korns schwingender/kontinuerter.* Hisp. *Aventador.* ANGL. *A fanner or winnower.* Colum. lib. 2. c. 10. Faba quæ longius emitteatur, pura eò perveniet, quò ventilator eam jaculabitur. ¶ Ventilatores apud Quintil. lib. 12. cap. 7. sunt præstigatores, qui ut ventilatores grana quæ purgant, in ventum projiciunt, ita rem quam retinent, manibus ejicere videntur. *ύόντες*. Ita enim ait. Quo usu constant mira illa in scenis piliorum ac ventilatorum, ut ea quæ emiserint, ultrò venire in manus credas, & quæ jubentur decurrere.

Ventilabrum, i. Instrumentum quo rustici frumenta, leguminæ post trituram sursum ejaculantur, ut ventorum flatu à paleis repurgentur: quem in usum rustici hodie habent palas: quibus frumenta ita in sublime ejaculantur, ut aliò grana suo pondere, aliò paleæ ventorum vi ferantur. § *מִזְרֵב. ḥ. εἰνεῖος*. GAL. *Un van, un évanoir.* ITAL. *Ventaglio, un vano.* GERM. *Ein wârfschauffel.* Hisp. *El ventallo ò instrumento para eventar para trillada, aventadero.* ANGL. *A fanne, an instrument to winnow corns.* Colum. lib. 2. cap. 10. Nam quum acervus paleis granisque mistus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabis per longius spatiū jactetur: quo pacto palea quæ levior est, citrè decidit, faba

Galepin. Pars I. I.

quæ longius emitteatur, pura eò pervenit, quò ventilator eam jaculabitur.

VENTUS, i, masculini gen. Exhalatio sicca (teste Aristotele in Meteoris,) è terra resoluta cum aliqua virtute cœlesti composita. § *πνεύμα, αέρ, νέεργα*. GAL. *Vent. ITAL. Vento.* GERM. *Der wind.* Hisp. *Viento.* ANGL. *The wind.* Cicer. 2. de divin. Placet enim Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidæ sunt, quum fluere cœperint, ventos esse. Idem pro Client. Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. Virg. 1. Aeneid.

Incite vim ventis, submersaque obrue puppes.

Ovid. 4. Faß.

— habent ventos jam mea vela suos.

Plaut. Curi. sc. 2. a. 5. Exoritur ventus, turbo, ¶ Ventus remisit. Cæsar lib. 2. de bell. civ. Ventus posuit. Virg. lib. 7. Aeneid. v. 6.

Quum venti posuere: omnisque repente r̄ sedis. Flatus. (id est, desiverunt, quieverunt. Galli dicunt, les vents se sont appaisé, abaissé, ont cessé. ¶ Ventum (inquit August. lib. de Quantitate anima) nihil aliud quam istum aërem commotum, ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo, & ab omniis ventis quietissimo, vel brevi flabello approbari potest, quo etiam muscas abientes aërem commovemus, statimque sentimus. Quod quum evenerit occultiore quodam motu cœlestium, vel terrenorum corporum per magnum ipatium mundi, ventus vocatur, ex diversis partibus cœli nomina etiam diversa sortitus. Sunt autem quatuor præcipui venti, à quatuor mundi cardinibus flantes: quorum natus singuli in ternos dividuntur. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, qui ad Septentrionem haber Vulturum, à volvendis nubibus dictum: ad Meridiem Eurum sic dictum, quia latè flat. Hi sunt calidi & secchi, quia sub Sole diù morantur. In ortu dici salubres sunt, quia veniunt à regionibus temperatis. Ab Occasu æquinoctiali Favonius est dictus, quod foveat quæ nascuntur. Huic Circius proximus est ad Septentrionem, Zephyrus ad Austrum. Sunt isti temperatè frigidæ & humidi, quia Sol parvam facit moram in Occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum desiccat. In fine diei salubres sunt, quia à sole tunc subtiliores redduntur. A meridie Auster est dictus, quod hauiat aquas. Huic ad Orientem Notus est, qui Græcè sic dicitur ab humore: Africus ad Occidentem. Hi omnes quum calidi sint & humidi, nubes, pluviasque inducunt, excitant tempestates marinas, impediunt virtutes animales, & gravitatem corpori afferunt. A Septentrione Boreas est. Huic ad Orientem Aquilo surgit, ad Occasum Corus. Hi venti frigidæ sunt & secchi, unde corpora indurant, poros constringunt, humores purificant. ¶ Ventus operam dat, dixit Plaut. in Milite, id est, prosper est. ¶ Ventum popularem querere in re aliqua, est populi plausum, & secundum rumorem favorēque inanem aucupari. Quatuor venti, pro quatuor cœli cardinibus, à quibus quatuor præcipui flant venti. Virg. 4. Georg.

Parietibusque premunt arcti, & quatuor addunt

Quatuor à ventis obliqua luce fenestræ.

¶ Ventus secundus, pro secunda fortuna, *μεταφέρεται*. Cicer. Attic. lib. 2. Quid si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem? ¶ Ventus pro procolla, & turbine in Republica. Idem in Pisn. Neque tam fui timidus, ut qui maximis turbib; ac fluctibus Reipubl. navem gubernasse, salvamq; in portu collacasse, frontis tuæ nubeculam pertimescerem: alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. ¶ Ventus textilis, i. vestis ventosa & tenuissima, quæ ventum facile admittit. Petronius Arb. Äquum est induere nuptam ventum textilem. Talis etiam ab ipso dici videtur Nebula linea, vide suo loco. ¶ Ventum facere. Plaut. Curi. Cu. Obsecro hercle facite ventum ut gaudeam. Ph. Maximum. Cu. Quid facitis quæso? Ph. ventum. Cu. Nolo equidem mihi fieri ventulum. Ph. Quid igitur vis? Cu. esse, ut ventum gaudeam. C. Licinius Imbrex vetus Comicus: Resupina, obstipo capitulos; sibi ventum facere tunicula, i. *ειδίζειν*. Terent. Eunuch. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito.

Ventulus, diminutivum, Lenis & exiguis ventus, aura: § *ἀνιδίος*. GAL. *Petit vent.* ITAL. *Picciol vento.* GERM. *Windlin.* Hisp. *Pequeño viento.* ANGL. *A little air, or soft blowing wind.* Tercer. in Eunuch. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lavamur. Plaut. Curi. sc. 3. a. 2. Quid facitis? Ventum. Nolo mihi fieri ventulum.

Ventosus, a. um, Vento plenus. § *ἀνιδίως*. GAL. *Ventieux.* ITAL. *Pieno di vento.* GERM. *Windig/voll wind.* Hisp. *Cosa de mucho viento.* ANGL. *windie.* ut, Ventosus aëris, apud Plin. lib. 2. cap. 18. Ventosi folles. Virg. 8. Aeneid.

— alij ventosis follibus auras

Accipiunt, redduntque.

Fornax ventosa, id est, vento exposita. Cato c. 38. Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, ut quæ altissima, & quæ minimè ventosa fiet. ¶ Per translationem accipitur pro tumido, inflato, vano, & inani, *κυρός*, ut, Ventosa verba, id est, inflata quidem & tumida, cæterum sine ullo pondere & effetu. Ventosa natio, id est, levis, & vana. Plin. in Panegyr. Superbiebat ventosa & insolens natio. Ventosa gloria. *κυροδοξία*. Virg. 11. Aeneid.

Iam noscens, ventosus ferat cui gloria fraudem.

Horat. 1. Epist. 19.

Non ego ventosa p'ebis suffragia venor

Impensis cœnatum, & trita munere vestis.

Venucula, Vvæ genus, quod in ollis conditum quæ diutissimè incorruptum servabatur. Colum. lib. 3. cap. 2. Item quorum uix temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, ut venucula, ut nuper in hos usus exploratae Numeianæ. Plin. lib. 14. cap. 2. Veniculam appellat, per tertiam vocalem in secunda syllaba. Veniculam (inquit) inter optimè deflorescentes, & ollis aptissimam, Campani malunt Sirculam vocare, alij Staevulam. Philippus Beroaldus utrobique Veniculam legendum existimat, quemadmodum & apud Horatium in preceptis Catianis: Venicula convenit olla. ¶ Veniculum fastis genus, clusus ponderosius, Columell. lib. 2. cap. 6. Far. quod vocatur

DDD 4

vocatur veneculum rutilum , atque alterum candidum , sed utrumque majoris ponderis quam clusinum. Quo in loco Ruellius legit *Vermiculum*; nonnulli etiam *Vernaculum*, quam lectio nem , etiam Plinio teste , tueri conantur , quem aiunt vernaculum inter adorei genera enumerare: quod tamen nos apud Plin. invenire non potuimus. Verum illi acutiores fuerunt , qui videbunt quod nusquam erat. Eo tamen in loco Ruellius legit *Vermiculum*, ex Plinio fortasse, qui lib. 22. cap. 15. ait in farre vermiculum esse teredini similem , qui dentibus vitiatis medeatur. Verum quid si vernaculum legatur ? quum idem Plin. fat adorem vernaculum appellari affirmet ?

Vénulus. apud Virgil. lib. 8. & 11. *Aeneid*. Nomen est unius ex Latinorum proceribus, qui in magnam Græciam legatus missus , ut Diomedem in belli societatem ascisceret, te infecta rediit.

Vnūm aliqui adverbium esse putant, quemadmodum & pessum: usurpatum tamen pro supino verbī *veneo*: admittitque secum præcipue hæc verba, eo, do, expono, & fortassis nonnulla alia. Est autem *venum* ire, idem quod vendi. *Venum dare*, idem quod vendere: pro quo etiam unica dictione composita dicimus *Venundare*. Liv. lib. 4. 4. bell. Pun. Se *venum* à primoribus datos. Ibid. lib. 3. Tum etiam legem fecerunt sanciendo, ut qui Tribunis plebis, & dilibus, Iudicibus, Decemviris nocuisset, ejus caput Iovi sacrum esset, familia ad eadem Ceteris, Liberi, Liberaeque *venum* irent, id est, venderentur. Gell. c. 18. lib. 2. Ex libertate in servitutem *venum* ierat. Idem cap. 2. lib. 4. *Venum* ire. Idem Gell. c. 1. lib. 20. Bona *venum* distrahuntur, &c. Salust. in *Jugurth*. Quippe cui omnia *venum* ire, in animo hæsat. Vbi illud notandum est, quod dicimus, *Venum* ire, non *venum* iri, sicut vapulatum ire non iri: quia *venum* & vapulatum semper sunt passiva significationis, ne duo passiva copulentur. In cæteris vero quæ ambigua sunt, quod activè & passivè accipi possint, ad distinguendum sensum accommodamus infinitum hoc, vel activum, vel passivum: ut ideò te amatum ire, vel iri: quia talia supina sunt ancipitis significationis. ¶ *Veno*. Tacitus lib. 13. Militibus immunitas à tributis servaretur nisi in iis quæ *veno* exercebant. Et lib. 14. *Extructæ* cauponæ, & posita *veno* irritamenta luxus.

Vénundo, as, ex *venum* & do, vendo, venale expono. ¶ *מְכַחַת* machat. *מִבְּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*. GAL. *Vendre*, mettre en vente. ITAL. *Vendere*. GERM. *Zukaufen geben*. HISP. *Vender*. ANGL. To sell to seth forth to sel. ¶ Cicer. 3. Offic. Quum in venundando rem eam scisset, nec pronuntiavisset emptori. Plin. lib. 35. Octoginta talentis venundatas.

Vénundatio, nis, idem quod venditio, *ἀποτίθησις*.

Vénus, eris, ab antiquis, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciatum, voluptatumque omnium habita est dea: ita dicta à veniendo, quod ad omnes res veniat, ut auctor est Cicer. 2. de natura deor. *αἰσθάνεται, καὶ περιέχει*. Hanc Poëta spuma maris, & Cæli testiculis natam fabulantur à Saturno excisis, & in mare projectis: unde *μαργαρίταις*, hoc est, à maris spuma, Aphroditem appellat, Plaut. Cure. sc. 3. a. 1. Ita me Venus amet. (sunt verba amicæ.) Ibid. sc. 3. a. 1. Tuam fidem Venus, &c. Ibid. sc. 3. a. 1. Tun' meam *venerem* virtuperas; (id est, amicam.) Idem Asin. sc. 1. a. 4. Veneri aut cupidini ferre serta & unguenta. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Sub *Veneris* regno vapulo, non sub lovis. ¶ *Venus* Capitolina. Sueton. in Galba, c. 18. ¶ Est item *Venus*, una errantium stellarum, inter Solis & Mercurij spheras sita, quæ *φωτόβροχη*. Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegraditur Solem: quum autem subsequitur, *ἰατρεῖον*, Vesper, & Vesperugo. ¶ Ponitur etiam *Venus* pro libidine, & re ipsa *venera*, quan & Græci *αἰσθάνεταις* dicunt: Terent. in Eunuch. Si ne Cerere & Baccho friget *Venus*. Senec. Quod in *venerem* prior esset. Virg. 2. Georg.

Frigidus in *venerem* senior, frustraque laborem
Ingratum trahi.

Plin. lib. 24. c. 9. Ad *venerem* impetus inhibent. Ovid. 1. de Arte,
Nos *venerem* tutam, concessaque farta canemus.

Interdum pro pulchritudine, venustate, ornatu, elegantia, *εὐχρηστών*, *γαλήνων*. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Idem lib. 10. cap. 1. Isocrates omnes dicendi *veneres* secutus est. ¶ Est præterea *Venus* talorum jactus *venerius*, ex quatuor consurgens talis, diversam faciem ostendentibus. Sueton. in August. cap. 71. Talis enim jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos, talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui *Venerem* jecerat. ¶ *Venerum* quatuor meminit. Cic. lib. 1. de nat. deor. cujus verba sunt, *Venus* prima Cælo & Die nata, cujus Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accipimus. Tertia Iove nata, & Iunone, quæ nupsit Vulcano sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyróque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Hæc ille.

Veneralia, festa *Veneris*. Plurarch. qq. lib. 2. q. 45.

Venerius, a. um, sive *Venerius*, quod ad *Venerem* pertinet. *ἀρετήν*, ut, *Veneræ* voluptates, *Veneræ* res. Plin. lib. 24. cap. 9. At *veneræ* rei impetus inhibit. *Veneræ* homo, *Veneri* consecratus. Cicer. pro Cluent. Quumque item, ut in Sicilia permulti *Veneri* sunt, sic illi Latini in Martis familia numerarentur. *Venerius*, pro salaci, & *Veneri* dedito. *ἀρετήν*, libidinosus. Gellius lib. 7. cap. 8. Delphinos *venerios* esse, & amasios, non modò historiæ veteres, sed recentes quoque memorie declarant. Quintilian. Limi, &c. ut ita dicam, *veneri* oculi. Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. Hoc *Venerium* est: pueri plaudite Item, *Veneris* vadimoniis convadari, & *venerio* libello citare. Plaut. Cure. sc. 3. a. 1.

Venusia, & *Venusium*, *Venosa*, V. B. antiqua Apulæ Peucetiaz, sub A. Materano, Horatij Flacci Poëta patria.

Venustus, a. um, quod in se habet venustatem: lepidus, festivus. ¶ *בְּנֵי-בָּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*, *בְּנֵי-בָּנָה*. GAL. Forte beau, gentil, joly, brave, qui a bonne grace. ITAL. Molto grazioso. GERM. Schöñ/habsch holdselig. HISP. Hermoso, con gracia. ANGL.

Beautifull, pleasant, that hath a goodly grace. ¶ ut, *Venustus* homo, & *Venusta* oratio: sicut *Lepidus* homo, & *Lepida* oratio. Can. tul. de passere,

Lingere à *Veneres*, *Cupidinesque*,

Et quantum est hominum *venusiorum*.

Cicer. de clar. Orat. Gestus & motus corporis ita *venustus*, ut tam ad forum, non ad scenam institutus videretur. Idem 2. de Orat. Sed quum omnium sis *venustissimus*, & *urbanissimus*, &c. *Venustus* vultus, ingenuus, elegans. Ter. in Andr. Et vultu Susia adeò modesto, adeò *venusto*, ut nihil supra. *Lepidus* autem & *Venustus* ita inter se differunt, quod *Venustum* vocamus (ut ait Quint. lib. 9. cap. 4.) quod cum gratia quadam & brevitate, atque acumine verborum delectat. *ἰππαράτον, ἵππαράτον*. Et Senec. c. 19. de vita beatorum. Maledici, in alienam contumeliam *venusti* sunt. Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1. & *Venus* *venusta* ! Ibid. Ita tu me ames, ut *venusta* es. Idem Pseud. sc. 1. a. 5. In hoc sunt omnes *voluptates* & *venustates*. Suet. in Aug. c. 79. *Venustissima* forma per omnes ætatis gradus. ¶ *Pulcher* & *venustus* differunt. Hinc idem in Neron. c. 51. *Vultu pulchro magis*, quam *venusto*.

Venustus, adverb. { *ζαχαρίας*, *ηγλῶς*, *αστίως*. GAL. De bonne grace, bravement. ITAL. Graziatamente. GERM. Hördeseliglich/sieblich. HISP. Hermosamente, con gracia. ANGL. Beautifully, prettily, with a goodly grace. ¶ Cæl. ad Cicer. lib. 8. Qua in re mihi videtur illud per quam *venuste* cecidisse.

Venustus, diminutiv. { *οἱ ζαχαρίας*, συμφόρηστος. GAL. Gentillet, joliet, d'assez bonne grace. ITAL. Alquanto bello & grattato. GERM. Einiglich schön oder lieblich. HISP. Un poco hermoso. ¶ Plautus in Asin. compellando blanditer, Osculando oratione vinula, *venustula*.

Venustas, atis, propriè pulchritudo mulieris, præterea lepori, gratia, suavitatis. ¶ *Ιωσήφος* in *ἱητὴν*, *ιωρημοσῶν*, *ζαρωθόντας*. GAL. Gentillesse, beauté, bonne grace, braveté. ITAL. Bela, buona gratia, avenenza. GERM. Schöne/wohlgestalte. HISP. Hermosura con gracia. ANGL. Grace and delectable comeliness in speech & gesture. ¶ Cicer. 1. Offic. *Venustas* & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Idem in Orat. Vultus multam afferat, tum dignitatem, tum *venustatem*, Firmicus lib. 4. Matheos. Si Luna à Iove defluat ad *Venerem*, facit *venustos*, & quibus ex *venustate* potestas maxima comparetur. ¶ Accipitur etiam *venustas*, pro lepore sive gratia dicendi & suavitate. *ζαχεύλησις*, *σερπονογύα*. Cic. 1. de Orat. Dicendi vis egregia cum festivitate & *venustate* conjuncta proficit. Idem 7. Verr. Iste autem homo *venerius*, & affluens omni lepore & *venustate*, &c. Quintil. lib. 4. cap. 2. Commendatur expositio *venustate*. Cic. 1. de Orat. Tum ea denique vestire, atque ornare oratione, post memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & *venustate*.

Venusto, as, *וְנָסְתָּה* Ptolemæo, oppidum Appulorum Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patria Horatij Poëta, qui ab eo dictus est *Venusinus*. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 3. c. 11.

Vepres, is, Spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereunt vestibus adhæret: unde & nomen accepisse existimant, quod vehementer prehendat. ¶ *שִׁירָה* schäjesh *חַרְבָּה* kots sir. ängs. GAL. Espines, espinace. ITAL. Spine. GERM. Dorn. HISP. Las espinas. ANGL. A briar or bramble. ¶ Ovid. lib. 5. Metam.

Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum.

Horat. 1. Epist. 17.

Corna vepres, & pruna ferant: & cornus & ilex.

Virg. 8. *Aeneid*.

— sparsi rorabant sanguine vepres.

Cicer. 5. Tusc. Septum undique, & vestitum vepribus. ¶ Hæc Vepres Lucret. apud Non. cap. 3.

— nam saepe videmus

Illorum spoliis vepres volitantibus auatas.

Veprecula, æ, diminutivum à Vepres. Spinula. ¶ *ἄνθετος* Giro. GAL. Petite espinace, ou petite spine. ITAL. Picciola spina. GERM. Dörnlein. HISP. Pequena espina. ANGL. A little brere. ¶ Cic. pro Sextio, Quoniam id estiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur atroderere.

Vepretum, i. *אַנְגָּרְבָּה*. GAL. Espinace, lieu plein d'espines. ITAL. Luogo pieno di spine. GERM. Ein dorngestründ/in ort da vil dörn stehn. HISP. Espinal, lugar de espinas. ANGL. A briar place. Locus vepribus plenus. Col. lib. 4. c. 32. Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius quam mediis agris deponitur.

Vér, is. ¶ *αἰρετήν*. GAL. Le printemps, le renouveau. ITAL. Primavera. GERM. Der frühlings/tenz. HISP. El verano quarta parte del año. ANGL. The spring of the year. ¶ Anni quadripartiti pars temperatissima: ita dicta à virore: teste Varr. lib. 5. de lingua Lat. quod tum virgulta virere incipiunt: sive à vertendo, quod tunc vertere se incipiat anni tempus, sive ab eo quod Iones ἡρ dicunt, pro eo quod communis lingua dicitur *ιαρ*. Cicer. 7. Verr. Quum autem ver esse coepit, cujus initium iste non à Favonio, neque ab aliquo astro notabat, sed quum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. Dividitur autem ver, ut cæteri anni partes, in portiones tres, in ver novum, sive primum, adiutum & præceps. Nam quum vernum tempus sit trimestrie, primus mensis, primo sive novo veri assignatur: secundus adiuto tribuitur; tertius præcipiti sive cadenti. Virg. 1. Georg.

Vere nova, gelidus canis cum montibus humor

Solvitur.

Plin. lib. 10. cap. 10. Luscinia patiunt vere primo quum plurimum sena ova. Livius, Primo vere exercitum moturus erat. ¶ Ver sacrum, sacrificij genus erat apud Italos quo diis immolabatur quicquid proximo vere apud ipsos natum esset. Vide Plutarch. in Fabio.

Quam

Quam consuetudinem à Sabinis ortam putat Strabo lib. 5. qui adversus Umbros quum aliquoties infelicitate pugnassent, Marti votum fecerant, si victoria potiri contingenteret, se illi consecratos quicquid proximo vere apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta, in patriam essent reversi, omnem pecoris proventum Marti immolarunt: liberos quoque eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere. Martis ministerio consecrarent, posteaque adulteros, velato capite, extra fines suos exegerunt. Quondam (inquit Sisenus lib. 4. Histor.) Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. Liv. lib. 4. ab Vrb. Ver factum factum erat priore anno M. Porcio, & L. Valerio coss. Id quum P. Licinius Pontifex non esse recte factum collegio primū, deinde ex auctoritate collegij Patribus renunciasset, de integro faciendum arbitratu Pontificum censuerunt, ludosque magnos, qui unā voti essent tanta pecunia, quanta assolerent faciendo. Solinus, Cum omni factu ver sacrum missus, ubi deputavat, vel sacro missus, de eo vide Festum. ¶ Ver translatè, ut ver ætatis. Ovid. I. Metam.

Ætatis breve ver.

Catul. ad Mallium,

Iucundum cum atas florida ver ageret.

Veranius Flaccus, antiquus author: ut ex verbis Augusti ad M. Antonium intelligimus, sic loquentis apud Suet. in August. cap. 86. Tunc dubitas Cimbēne Annus, an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? &c. Ubi tamen quidam codices habent Verius, reclamante Casabono, qui hic legit Veranius.

Vernus, a. um, quod est veris. { in grecis. GAL. Du printemps. ITAL. Di primavera. GERM. Des frühlings. HISP. Cosa de verano. ANGL. Of the spring tyme. } ut, Verni flores. Vernum æquinoctium. Plin. lib. 10. c. 31. Oscines non temerè fatus faciat ante æquinoctium vernum. Ovid. 3. Trist.

At mihi sentitur nix verno sole soluta.

Horat. de Arte,

— ò ego larvus,

Qui purgor bilem sub verni temporis horam.

Cic. 5 Tusc. Alia vernotempore tepefacta frondescunt. Idem de se-nect. Breve enim tempus ætatis satis est longum ad bene honeste-que vivendum, si processeris longius, non magis dolendum est, quam agricolæ dolent præterita verni temporis suavitate ætatem autumnumque venisse. Ovid. Eleg. 2. lib. 3. Trist.

— quam verna de nive vernal aqua.

Suet. in Neron. c. 57. Vernis æstivisque floribus ornare.

Verna, orum, tempora veris. Tert.

Vernallis, e. quod est veris. { in grecis. GAL. Du printemps. ITAL. Di primavera. GERM. Des frühlings oder gennjen. HISP. De verano. ANGL. Of the spring tyme. } August. lib. 7. de civit. Dei. Propter vernalem quippe faciem terræ quæ cæteris temporibus est pulchrior, Porphyrius Philosophus nobilis Atyn florem significare perhibuit.

Verno, as, Pullulo. { πνῶ : samactō πτῶ parach. βασιώ. GAL. Fleurir, bourgeonner ou reverdir sur le printemps. ITAL. Fiorire, ò verdeggiare da primavera. GERM. Grünen wie im frühlung. HISP. Florescer ò hazer verano. ANGL. To budde, to spring or florish. } Mart. lib. 2.

Dum tibi vernarent tenera lanugine male.

id est, pilos emittere inciperent, & tenera quadam lanagine ætatis florem præ se ferrent. A vere deductum verbum, quo tempore omnia renasci conspiiciuntur. ¶ Aliquando pro canere. Plaut. Dum aviculae vernant. Quippe verno tempore omnia latati videntur. Ov. Eleg. 12. lib. 3. Trist.

Indocilique loquax gutture vernat avis.

¶ Ponitur aliquando pro splendere. Plin. lib. 8. c. 27. Anguis hyberno situ membrana corpore obducta fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat.

Vernans cœlum, Vernam quandam temperiem præ se ferens. Plin. lib. 7. cap. 2. Salubri cœlo, semp̄que vernante. Vernans ager, pullulans, floridus, viridis, latus, Mart. lib. 9.

Vernatio, nis, Corium vetus, quo serpentes verno tempore exuntur, quod & Senectus dicitur. { λεπρός. GAL. La vieille peau d'une couleuvre, qu'elle devest au printemps. ITAL. Scorzache lascia la boscia primavera. GERM. Ein abgestreifte schlängenhaut. HISP. Hollejo de la culebra. ANGL. The skinne of a serpent which it casteth in the spring tyme. } Plin. lib. 29. cap. 6. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguis in cibum sumptis anguillarum modo, aut veraatione, quam exunt, pota. ¶ Nonnunquam verbalis significationem retinet, actum ipsum exuēdæ cutis significans. { ἡ τε λεπρός κατεύθυνται. GAL. Le temps du renouveau. IT. Tiempo della primavera. GER. Die abstreifung der alten schlängenhaut im frühlung. HISP. Tiempo del verano. } Plin. lib. 30. c. 3. Anguinæ vernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta, auribus prodest. Plin. lib. 30. c. 3. Membrana, sive se-nect. anguum vernatione exuta cum cancro mascula trita.

Vérâtrum, i. { GAL. Veratre ou elleboore. ITAL. Veratro herba. GERM. Niesswurz. HISP. Vedegrambre. ANGL. Boresfoote heabarbe. } Herba est quam Græci vocant ἔλαιοφορον, vehementem habens vim purgandi, educendi humores noxios, principum animæ facultatum sedem infestantes, unde malacholicis & furiosis dari solet, & comitali morbo laborantibus, Pers. Satyr. 3.

— Non est hic illas Acci

Ebria veratro.

Dictum autem putatur veratrum à vertenda mente. Imò, quod verrat & everrat atram bilem. Ejus duo sunt genera, album & nigrum: de quibus satis multa dicta sunt supra in dictione Helleborum.

Vérâx, Vide Verum.

Verbâns, i. vulgo Lago maggior. { Der lang see der au der Lawerz sitt. } Lacus Cisalpinæ Gallie Ticinum ex Alpibus defluente accipiens, & eundem in Padum transmittens. Nunc lacum majorem appellant. Plin. lib. 9. cap. 18. Duo lacus Italizæ in radicibus Alpium Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebti, atque præacutis, clavo-

rum calligarium effigie, nec amplius quam circa eum mensim vi- suntur.

Verbâscum, herba est duo summa habens genera, album & nigrum, folij colore distincta. { φλόμος. GAL. Boisson blanc, ou boisson noir. ITAL. Tasso, barbasso. GERM. Wulfraut oder Fezenkraut. HISP. Varbasco, ò gordolobo. ANGL. A primrose or cowslip. } Galli, Bullionem album & nigrum appellant. Candidum rufum in matem & feminam di-viditur. Femina folia haber brassicæ, sed hispitoria, latiora, & can-didiora: caulem cabitalem, candidum & leviter pilosum: florent album aut subpallidum: semen nigrum, radicem longam, acerbam, digitali erastitudine. Nascentur in campestribus. Maris folia can-dicant, sed longiuscula sunt & angustiora quam feminae, caulis quoque tenuior. Verbascum vero nigrum omnia huic patia habet, folia tantum latiora minùsque candida. Est & sylvestre verbascum, altum virgis arboreis, folia salviae, orbibus, virgas cingentibus, ut marrubium, flore lateo, fulgore auri. Vide Plin. lib. 25. c. 10.

Verbénâ, æ, sive verbenaca, herba est ramulos habens cubitales, an-gulosos, in quibus ex intervallis folia querulus, sed minoria angu-stiora, eisdem divisitis in ambitu, colore aliquatenus cæsius: ra-dicem autem longam, tenuem, flores purpureos & graciles. { εγει-ρία. GAL. Vervaine. ITAL. Herbena. GERM. Eisenkraut. HISP. La grama hyverna, verbena. ANGL. Verven. } Galli ex Latino vocabulo literâ tantum unâ immutata Vervenam appellant. A Græcis etiam hic-robotane, iuxta βοτάνη Dioscoridi dicta est, propterea quod ad multis factorum usus eâ uterentur. Plin. lib. 2. c. 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierobotane. Aliqui petisterona, nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes in-dicavimus. Hac Iovis mensa verritur, domus purgantur, lustranturque. Hæc ille. Peristerona autem Græci idcirco appellarent, quod plurimum in ea manarent columbae. { καλέζεται } tamen qua-slibet herbas & frondes festas, ad aras coronandas, ex puro loco decerpas, Verbenas appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotavit in locum illum Andria Terentiana. Ex ara verbenas hinc sume. Quo profecto in loco Tereus, non videtur intellexisse her-bam illam, quam propriè verbenam appellari diximus, quum apud Menandrum, à quo illa transtulit, μερόν, hoc est, myrtus legatur. Virg. in Bucol.

Verbenâsque adole pingues, & mascula ihura, id est, ramos pingues, ut tædiferatum arborum, pinæ, laris, piceæ, atque id genus, quarum assulæ statim ignem concipiunt. Vetus Cri-ticus verbenam exposuit θαῦμα. Cels. lib. 6. c. de Condylo-mate ve-be-nas extulit de frontibus herbarum atque stirpium. Sed desidero, in-quiet, ante homo in aqua debet, in qua verbenæ decoctæ sunt ex re-primentibus. Idem lib. 2. c. ult. verbenarum contusa cum teucris cat-tilibus folia, cuius generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentiscus, &c. Plin. lib. 22. cap. 2. verbenarum, & sanguinum nomine idem si-gnificari ait, hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum, iisque semper usos legatos, quum ad hostes clarigatum mitterentur: in-déque unum ex iis, qui verbenas ferret, Verbenarium fuisse appella-tum. Varr. lib. 3. de vita pop. Rom. Verbenarius ferebat verbenam: id erat Caduceus, Pacis signum.

Verbénâ, herba femina vulgo, quam Dioscoridi cæterisque antiquis authoribus erysimon Græce, Irio Latinè nuncupatur, & nihil com-mune cum verbena habet.

Verbéris, instrumentum verberandi (inquit Valla lib. 6.) longum & exile, qualis est virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & si quid est simile. { τινῶ σχοτ ωντα σχοτέ. μήτη, αἰκινόπο. GAL. Verge longue & delice, sonet. ITAL. Verga longa da battere alcu-no. GERM. Einrit / steck / ein jedes ding damit man einschlecht. HISP. Vara para herir o hostigar. ANGL. Ascourge or whippe. } Virg. 3. Georg.

— Illi instant verbere torto.

Cic. 7. Verr. Ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus socio-rum. Plin. lib. 8. c. 9. Domantur autem rabidi fame & verberibus. Plaut. Mil. sc. 4. a. 2. Dignus es verberibus multis? Dignus. Idem Men. sc. 6. a. 3. Facilius patior verba, verbera ego odi. Terent. in Andr. Verberibus cæsum te in pistrinum Dave dedam usque ad ne-cem. ¶ In vitibus quoque & arboribus, Verbera dicuntur teneriores virgæ, longitudine & flexibilitate sua flagrorum speciem re-ferentes: unde & flagella à rei rusticæ scriptoribus appellantur. Quint. declamat. ult. Ignésque ex proximo raptos, verberaque, que calus obtulerat in vado. ¶ Verbera nonnunquam pro ipsa verbera-tione, sine iictibus accipimus. { סכְבַּדְמָחֶשְׁחָה. וְנַגְזָאֵל, אַקִּירְמָעָל. } Virg. 3. Georg.

Ac neque eos jam frena virum, nec verbera seva,
Non scopuli, rupesque cava, atque objecta retardant
Flumina, &c.

Terent. Heaut. Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Ra-diorum verbera. Lucret. lib. 1.

— quoniam mitescere multa videbant

Verberibus radiorum, ac astu vieta per agros.

Ventorum verbera vitare, apud eundem lib. 5. Lingue verbera, ob-jagationes. λοιδερία. Horat. 3. Carm. Ode 12.

Aut exanimari mutuantes patrua verbera lingua.

Verbéro, Cædo verbere. Sic enim à verbere fit verbero, quo modo à fustis, fustigo, à flagellum, flagello. { בְּחַחַחְמָה. וְגַרְגָּרָה, וְסִיכָּה. GAL. Battre, sonetter, frapper. ITAL. Battere. GERM. Schlagen. HISP. Agotar con azotes. ANGL. To scourge, to whippe. } Cicer. 7. Verr. Quæ quum apud te diceret virgis oculi verberabantur. ¶ Verberari etiam verbis quis dicitur, quoniam (ut testatur Nonius) non solum verberare à verberibus dictum, sed etiam à verbis. Plaut. in Trucul. Me illis quidem hæc verberat verbis. ¶ Verberare convi-tio, vel injuria, est lacescere. Cicer. filius ad Tironem lib. 16. Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convitio. Senec. cap. 19. de consol. ad Marc. Aures Verberantur convitiis.

— simul athera verberat aliis.

[Aquila] id est, volat.

DDD. 5

Virg.

Virg. 11. *Eneid.* ¶ Verberari sole, luna, imbre ac ventis. Plin. lib. 14. cap. 21. Vix verberatae grandine. Horat. 3. Carm. Ode 1. ¶ Hujus composita sunt, Adverbeto, diverbero, everbero, reverbero, & transverbeto: quorum significata explicavimus suis locis.
Verbērātō, nis, verbale. { **מְכַת** machchah. o **μεσίγωσις**, η **μεσίγωσις**.
 GAL. Battlement, bature. ITAL. Battimento. GERM. Ein schlagung.
 HISP. Acoramiento. ANGL. Ascourging, whipping. } Cicer. *filius ad Tironem* lib. 16. Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedit.
Verbērātūs, ūs, Ipsa verberatio. { **מְכַת** machchah. **μεσίγωσις**, **μεσίγωση**.
 GAL. Battlement, bature. ITAL. Battimento. GERM. Einschlag / oder strach. HISP. Acoramiento. ANGL. A striking, whipping. } Plin. lib. 3 l. c. 3. Si etiam expressa in altum, aut ē sublimi dejecta verberatu corripiat aera. ¶ Verberatus pro impulsu, **κιλδούς**. Curt. lib. 7. Si quum propemodum tuo verberatu ei omnes te p̄aeunte juravimus, eosdem nos inimicos, &c.
Verbērēus, a, um, Verberibus dignus. { **μεσρύιας**. GAL. Digne du soiset.
 ITAL. Degno di essere battuto. GERM. Stichchwirdig. HISP. Digno de ser hostigado. ANGL. Worthie of wippes or strikes. } Plautus in *Pseud.* sc. 5. a. 4. Sed video eccum verbeream statuam: ut magnificè infert se. Idem *Persa*, Ain' verò verbereum caput. Idem *Capt.* sc. 1. a. 5. Ex hac statua verberea erogitate volo. Alias vervecea. Vide *Verveceus*.

Vērbērābilis, id est, verbero, seu verberibus dignus. { *Masrius.* GAL. Di-
gne *du* fuit. ITAL. *Digno di essere battuto.* GERM. *Streichwördig.*
HISP. *Digno de ser hostigado.* ANGL. *woortie of strikes.*} Unde super-
lativum Verberabilissimus deduxit Plaut. in *Aulul.* Verberabilissi-
me (inquit) etiam rogitas ; non fur , sed trifur . Sic enim habent
emendatoria exemplaria, quamquam non desunt , in quibus verbe-
ra lissime legitur.

Verbēto, nis, mascul. gen. ξέ μαστιγιας. GAL. Digne d'estre battu, & sois-
té, qui est souvent foulé. ITAL. Degno di essere battuto. GERM. Ein
streichwirddiger, der streich wol verdient hatt. HISp. El que es muchas
vezes açoitado, o digno de ser açoitado. ANGL. A knaue that de ser-
veith to be whipped. Verberibus dignus, vel qui perpetuum vapu-
lat, quem etiam Græco vocabulo mastigiam vocamus. Plaut. in
Amphit. Ain' verò verbero? Idem tún' me verbero. Aüdes herum
ludificatier. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Pergin' etiam verbero? Idem Capt.
sc. 3. a. 4. & sc. 7. n. 4.

V**E**R**B**VM, i, generaliter accipitur pro quavis dictione, quæcunque ea sit orationis pars: inde nomen habens quod aëris verberatu formetur. { **דָבָר** dabberah אֶמֶר ómer מִרְאַת mirah. נִזְבֵּן. GAL. Mot, parole. ITAL. parola, mosto. GERM. Ein wort. HISP. Palabra generalmente. ANGL. A worde. } Varro tamen à veritate deducit, quod verum nos loqui oporteat. ¶ Verba tribus modis accipimus, inquit Palæmon: pro fallacia, ut dedit mihi verba: pro sermone, ut fecit verba. Cicer. Et pro iis, quæ per modos & tempora declinantur. ¶ Dictione verbi, Gell. c. 1. lib. 10. & Suet. in Ces. c. 53. Verbum M. Catonis est: (id est tritus sermo, sive dictum,) Plaut. Cure. sc. 1. a. 1. & sc. 2. a. 2. Quid istuc verbi est? Idem Aul. sc. 3. a. 1. Verba ne facias, scio quid dictura es. Idem Mest. sc. 1. a. 1. Ob hoc verbum, donabo te aliquid (id est, hoc dictum facetum.) Iterum Ibid. Ob istuc verbum dabo aliquid tibi. (Dixerat Schapha suæ dominæ;) Tute speculo speculum es maximum, &c. En verborum scelus. (de impiè loquutœ.) Idem Amph. sc. 4. a. 4. Ter. in Eunuch. De exclusione verbum nullum. Idem Hecyr. — verbis diei non potest tantum, quam te ipsa navigare incommodum est. Cic. 2. de Orat. Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties ejus verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. ¶ Aliquando specialiter pro parte orationis per tempora & personas declinabili, ἔνθησις. Unde verbale nomen dicimus, quod à verbo originem accepit. ¶ Nonnunquam verba ita accipimus, ut rebus, sive factis opponantur. λόγοι. Cic. in Salust. Ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Idem pro Quintio, Adversarium habet verbo Sext. Nævium revera fortissimos & nobilissimos nostræ civitatis. Plaut. Amph. sc. 3. a. 2. Tu verbis probas. (id est, non re.) Idem Aul. sc. 4. a. 1. Neque re, neque verbis merui, ut faceres quod facis. (id est, ut me irrideres nec verbo, nec facto metui.) Ovid. 13. Metam.

Tutius est igitur fictus contendere verbi,

Quam pugnare manu, &c.

Hinc verba dare dicimus, pro decipere, & verbis circumvenire.
¶ **פִּתְּרָה**. **pistrāh.** **παρατρέψεις.** Cic. Attic. Verba dari mihi facile patior, méque libenter præbeo credulum. Plaut. *Aulul.* sc.1.a.1. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti dicit, pro det. (id est fallat.) Idem *Milit.* sc.3.a.2. Verba mihi nunquam dabunt. Gell. c.2.lib.17. Verba dedit hostibus. Et Senec. Epist.89. Verba dedit sœculo suo Penelope. Ovid. *Eleg.*4 lib.4. Trist.

Autori sunt data verba tuo A me.

(id est, patrem tuum fecelli.) Plautus *Capt. sc. 4. a. 3.* Verba mihi data esse video. Et *sc. 1. a. 4. ib.* Ille senex, cui verba data sunt. Idem *Me- nach. sc. 2. a. 1.* Sic hoc decet, dari facetè verba custodi catè. Idem *Pseud. sc. 5. a. 4.* Malim me perjurare, quam illum mihi verba per deridiculum dare. ¶ In verba Imperatoris jurare. *Sueton. in Galba, cap. 16.* ¶ Hæc sunt verba de Lege. *Gell. cap. 1. lib. 20.* Idem *ibid. paulo infra,* Et quidem verba ipsa Legis dicam, &c. Plaut. *Milit. sc. 6. a. 2.* Perij, quantum hunc audiri facere verborum senem. ¶ Interdum ita accipimus verbum, ut scripto opponatur: unde Verbo alicui mandata dare, hoc est, viva voce, & non scripto. Cicer. *lib. 7. Epistol.* Plura illi mandata verbo quam scripto dedi. ¶ Nonnunquam non singulas tantum dictiones Verbi nomine complectitur, verum etiam solidas orationes. Quo sit ut modò sententiam aliquam insignem, modò titulum proverbium, verbum appellatum inveniamus. Terent. *in Adelph.* Postremò illud non meum verbum facio quod tu Mitio benè & sapienter dixisti. Et *paulo ante,* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Meis verbis, locutio in primis elegans, pro eo quod est, meo nomine. Cicer. *Attic. Atticæ,* quoniam hilarula est, meis ver-

bis suavium des. Et alibi, Tu Atticam, quæso, cura, & ei salutem, &c
Pyliæ. Tulliæ quoque meis verbis plurimam. Idem lib. 7. Epist.
Cum sura locutus sum, ut ei meis verbis diceret. ¶ Verbi causa,
idem valet quod exempli gratia. Idem 3. Verr. Si quis, verbi causa,
orientे Canicula natus sit. Verbi gratia in eadem significatione
apud Cicer. 1. Academ. ¶ Verba pro maledictis. Plaut. Pseud. sc. 6.
a. 4. Verba quæ in comediiis solent lenoni dici. ¶ Idem Capt. sc. 1.
a. 3. (Ipsius est) cui sunt verba sine penu & pecunia, &c. periphrasis
parasiti. ¶ Verba facere, differere, orationem habere, disputare,
proloqui. Αγλιζαδ. ut, Facere verba in senatu, apud eundem §.
Verr. Idem de clar. Orat. Qui nunquam verbum in publico fecerunt.
¶ Verba mortuo facere in eadem significatione dicimus, qua Suri-
do fabulam narrare: hoc est, ei velle aliquid persuadere qui aut non
audiat, aut nolit audire. Terent. in Phorm. sc. 9. a. 5. Ego Nausistratam
esse in hac re culpam meritam non nego: Sed eam, quæ sit ignos-
cenda p. verba sicut mortuo. ¶ Verbum de, vel è verbo exprimere,
ad verbum transferre. Verbum pro verbo reddere, totidem verbis
transferre. Terent. in Prolog. Adelph. — eum hic locum sumpsit sibi
in Adelphos: verbum de verbo expressum extulit. Verbum reddere
de verbo. Horat. de Arte,

Nec verbum verbo curabis reddere fiduciam.

Interpres.

Idem Cic. de optimo genere Orat. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Æschinis, Demosthenisque: nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem & eorum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo habui necesse reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Cic. lib. 6. ad Attic. Eisdem verbis aliquid reddere. Idem de clar. Orat. Primum inquit, memoria tanta, quantam in viro cognovisse arbitror, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus excogitavisset. Quod Cicer. Eisdem verbis, Quint. lib. 10. cap. 6. Ad verbum dixit. ¶ Verba dare, est decipere. Στηνῶ πιπτάμ. παραλογίζεσθ. ¶ Ter. in Andr. Cui verba dare difficile est. ¶ Verba ad rem conferre, hoc est, te ipsa verborum fidem facete, & dicta factis comprobare: εἰργώ πιστόω. Idem in Eunuch. Verum si verba ad rem conferet, vapulabit. ¶ Intra verba, i. verbis tenus, ut intra verba desipere. Cels. lib. 3.c.18. Ex phreneticis alij hilares, alij tristes sunt, alij facilius continentur, & infra verba desipiunt: alij consurgunt, & violenter quædam faciunt. ¶ Verba facere, i. loqui. Salust. Iug. 90. Ubi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit.

Vērbālē, quod à verbo descendit. *enymētēs*. ut, Lector à Lego, Doctor à
Doce o. Dīctio Grammaticis familiaris.

Verbīgēro, as, Verba facio. זְבַבֵּר dibbér. Αγλέζημαq. GAL. Babiller, caqueter. ITAL. Cianciare, cicalare. GERM. Wort treiben. HISP. Contender con palabras, charrar. ANGL. To speak much, to chatt or bable. } Apul. Nimis multa oratio est, si velim memorare quæ ego contrà responderim, quam diu, & quoties inter nos verbigeratum sit. Verbum est vetus & inusitatum.

Verbosus, a, um, Multiloquus, garrulus, locutulus. { πλυνθός, πλυνθεῖς. GAL. Qui a beaucoup de paroles, abondant en langage, babillart. ITAL. Cianciatoro, chi abunda in parole. GER. Wortreich / das vil wöriter oder reden hatt. HISP. Lleno de palabras, charrador. ANGL. That hath many wordes, and speaketh much. } Cicet. pro Muren. Non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia. Quintilian. lib. 2. cap. 4. Ut quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt, quum ex locis debeat nasci sententia. Cicer. Mario lib. 7. Habes epistolam verbosiorum fortasse quam velles.

Verbōse, adverb. *Multis verbis.* Μεταλλέγω. GAL. *Avec beaucoup de paroles.* ITAL. *Con molte parole.* GERM. *Mit viel worten/weileufiglich.* HISP. *Con muchas palabras.* ANGL. *With many wordes.* § Cicer. pro Muren. *Satis verbosè, sed quid postea?*

Vercellæ, *Verceilæ*, urbs Transpadanæ Italix, quam Plin. lib. 12. c. 17.
in undecima regione Italix collocat, non procul à Taurinis. Vulgo
Verceil. {*Mercell.*}

Vercola, à colenda Venere : à Cerere colenda, Cericola dicta esse existimatur.

Verda, Ferden, V.E. Germaniæ, ad Visurgis & Alleræ confluentem.
Verdunum. Vide Verdunum.

Vēdūnum. Vide *Vīdūnum*.

Vere, Vide Versus
VĒRĒGŪNDĒ as I

VERECUNDIA. *Pudor, modestia, ingenuitas.* *Arrogantia.* *בְּשָׂרֶת בְּשָׂרֶת* *bóscheth boschnáh* *כְּלַמְתָּה chelimmáh.* *uidás.*
buscháh *bóscheth* *boschnáh* *chelimmáh.* *uidás.*
GAL. *Honte, modestie honteuse, pudeur.* **ITAL.** *Verecondia, modestia.* **GERM.** *Scham, schamhaftigkeit.* **HISP.** *Verguença con temor.*
ANGL. *Bash fuitesse or sham fulnesse, modestie.* *{ à quo tamen in hoc differt, teste Donato, quod verecundia, genuitatis ejusdam sit & modestiae: unde & in laude ponitur. Pudor vero animi sibi male conscij ob scelus aliquod perpetratum, aixim. Cicer. pro Quintio, Homo timidus, virginali verecundia. Plaut. Mastell. sc. 2. a. 1. Ea tempestas (ignavia sup.) mihi verecundiam & virtutis modum deturbavit. Livius lib. 34. Nisi me verecundia pudoris, & majestatis matronarum tenuisset. (i. reverentia.) Idem 1. ab Vrb. In eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cultum versam deorum, violari ducerent nefas. Plin. Epistol. 7. lib. 2. Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit.*

Verecundus, a, um, Pudens, modestus. X. Petulans, arrogans. { צנוּעַ ifsa-
nuאָה בְּסֵבֶב נִכְלָת nichám. eid'uw. GAL Honteux, modeste. ITA.
Verecondo, modesto. GERM. Schämmig/oder schämhaftig. HISP. Vergon-
go con temor, modesto. ANGL. Basfull shamefast: modest, demure. } Ovid.
I. Amor. Eleg. 5.

Illa verecundia

Idem 14. Metam.

*Illa verecundo vix
Idem Eleg. ad lib. 2. T. ill.*